

et ipsius liberum facientes, ad Nos, an ad alium Principem viciniorum scriptum recognitum remittere velitis. Utrumvis feceritis, vobis persuasissimum esse cupimus. Nos nostro loco in promovendo Concordia negotio ad summanam diligentiam nihil reliquum esse facturis. Deus O. M. labores vestros secundet, et Eclesiis vestris ac nostris tranquillitatem optatam ab ipso constantiter clementer largiatur! Valete. Heidebergae 4 Septembri. 1681.

121.

Rudolpho Lavatero Goldastus S. P. D.  
Accipe iterum 21. folia, quibus proter profationem adhuc succedent folia quasi 40. sic scripta, ut vides, quae omnia hac hebdomade, Deo dante, absolvam. De Cottonianis valde dubito an ante nundinas responsum habere possim; feci tamen, quod petisti. Valde vereor, ne D. Bongarsius resciverit Cottoniana illa Argentina impressa abste reudi quando ceteros tractatus suppressit, ne ad nos perfringant. Memini ab illo improbari typographorum istas reimpressiones, quas vocant. Itaque excusatum me habebis, si illum non urgeo. Quid si ipse ab eo petas? Opinor non recusaturum. Vale 18. Februarij. 1681.  
Sic titulus Apologiarum non ad me mittitur?

in xpo & c.  
Genere, Virtute et Eruditione Protestantissimo viro D. Joh. Rudolpho Lavatero, Dno et Populari meo amicissimo  
Panaw.

122.

Carissimo Davidi Pareo Petrus Titus, Eclesia Bethaniensis Pastor salutem.  
\*\*\* Valde mihi cura est universae patriae salus, et in ea, si non omnium, saltem praecipuarum Ecclesiarum sincerior et perfectior reformatio,  
J. S. c.